



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 7. Aristomenem aquila portat, vulpes carcere liberat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

compensauit. Quod beneficium longè inex- **Cæsarius**
pectatius est in lupo, qui puellam adultam in- **I.10. c. 66.**
uasit, dentibus brachium illius tenens; quam
cum secum traheret, quoties illa clamare cœpit,
clamantem durius prescit, & tacenti pepercit.
Quid plura? ducta est ab eo in siluam ad alium
lupum, cuius gutturi os fuerat infixum; qui cū
nimis torqueretur, per os alterius lupi manus
puellæ in guttur hiantis mittitur, a qua os, quod
inhæserat, extrahitur. Sanatus verò mox cum
suo collega puellam ad villam propriam redu-
xit.

§. VII.

*Aristomenem aquila portat, vulpes car-
cere liberat.*

Verùm hoc iterum, vti & aquilæ com-
memoratæ, gratitudinis & relati beneficij
exemplum est; alia aquila, beneficio non
accepto, benefica fuit; quin & vulpes, licet
inuita, sed à Mundi Domino vel docta, vel
ducta. Siquidem Pausanias author est, Ari- **Pausan.**
stomenem, miro ab aquila modo, è Ceadā **lib. 4.**
(sic altè dehiscentem foueam vocabant)
liberatum. Cuius rei historia cum insolens
sit, ac auditu perjucunda, placet verba scri-
ptoris apponere. *Aristomenem*, ait, *qui sàpè*
alias, idem & tunc Deus seruauit: cuius, qui
res gestas magnificentius extollunt, aduolasse
aquilam

aquilam dicunt, quæ cadentis corpus pannis alis
subiens, ita illum liberauerit, ut omni ex parte
Iesus ad eius barathri imam delatus fuerit. Fato
certè nescio quo exitus ei è tetro illo hiatu mon-
stratus est. Nam cum in imo iam specu consti-
tisset, ueste obuolutus decubuit, extremam,
quam proximè adesse putabat, vita horam ex-
pectans. Triduum erat ibi iam commoratus,
cum audito strepitu quodam, reiecta facie, per
sublustres tenebras, vulpem vidi cadavera ap-
petentem. Cogitans itaq; per ostiolum omnino a-
liquod bestiam illuc penetrasse, ut ea quantis per
propin accederet, operiebatur. Id, cum, uti vole-
bat, accidisset, feram manu altera comprehen-
dit; altera, quoties se illa conuertisset, chla-
mydem mordicus prensandam obiiciebat, &
currentem quidem, qua se via dabat, cursu
consequebatur; trahendum verò se bellua, per
inuia, præbebat. Vidi postrem cuniculum ni-
hilo ampliorem, quam unde posset vulpes euadere, per quem luminis se aliquid ostendebat.
Per illum quadrupes, ut primùm dimisit eam
quasi manu missam Aristomenes, lustrum suum
repetit. At ille angustam illam, & minimè per-
niam cauernulam manibus aperiens intrans, ad
suos tandem euasit. Fuit eius fortuna, cum ca-
ptus est, mira & inopinata; maior enim viri spi-
ritu

ritus erat, maior, ex rerum gestarum magnitudine, audacia, quam ut quisq; capi illum posse sperare debuerit. Sed nihil fuit admirabilius; nullum certius præstantiae huiusc argumentum, quam quod è Cœada clabi potuerit. Huc usque Pausanias. Nimirum sicut, qui, castigante Deo, inroibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, & partes vulpium erunt; ita vicissim, pro quibus Deus pugnat, vel ipsis vulpibus hostes vastabunt, quod legimus Samsoni accidisse; qui, per faciferas vulpes, Iud. 15. 4: longè latèque incendit segetes Philisthæorum.

§. VIII.

Omnia homini seruire, si Deus velit.

Ex eiusmodi historijs eluent varia diuinæ bonitatis judicia. Nam 1. ostenditur, Deum in omnibus creaturis esse laudabilem, etiam ijs, quæ noxiæ vocantur. Hinc Dauid non ait tantum: *Laudate Dominum de cœlis, &c.* Ps. 148. 1. sed etiam: *Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyssi: nec reges duntaxat, & omnes populos, Principes, & omnes judices terra,* sed etiam bestias, & uniuersa pecora, itemque serpentes ipsos in Dei laudes trahit. 2. Si vtilia magis laudamus, demonstrat talibus euentis uniuersi Gubernator, posse se etiam de ipsis pernitiiosis eruere hominum emolumenta.

alis
arte
Fate
con-
stisti-
L,
ex-
us,
per
ap-
a-
per
ole-
pen-
bla-
&
ersu-
per
ni-
ua-
at.
eam
ium
per-
is, ad
& ca-
i spu-
ritu-